UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Vlrichvs Stvder.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

debeã plane credo, ſi libellos fratris ſui in Chriſto Zwinglij non legiſſet, non tam profunde euangelio implicaret, ut hãc nouam doctrinã in harenã deduceret. Nunc uero ſcripturas huc adferte, alioqui omnia alia ſciat nihil ualitura.

VLRICHVS STVDER.

CHriſtiani probi, ſpiritus ueſter bene intelligere poteſt, quam clara hęc ſint uerba, Hoc eſt corpus meũ &c̃. quũ ſerioſiſſime Chriſtianã fidem contingãt. Paulus em̃ ad Iudæos ita explanat xi. capitulo dicens. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarũ argumentũ non apparentiũ. Quare prędicta uerba non ſufficienter clara ſunt atq; dilucida, ſed magis expoſcunt declarationem lucidiorꝝ uerborꝝ. Sequenter quia pro uerbo Dei habent, ideo nõ eſt noua doctrina, ſed inſtructio ab æterno deitatis uſq; præſens, ſicut Iohan.xv. ſcribit. Quicquid a patre audiui, uobis manifeſtaui. Tandẽ ultimo dñe doctor a uobis cuperẽ ex uerbo dei intellectũ audire, ſi male dicerem uerba prius allegata ita ſonãtia. Quotienſcunq; manducabimus panem hũc &c̃. non poſſint declarare ſuperiora uerba ita ſonantia, Hoc eſt corpus meum. Quotienſcunq; manducabitis hunc panem &c̃.

D. ECKIVS.

Dñs Vlrichus ut ſermonem abbreuiem, tale uult facere argumentũ. Fides (ut Paulus inquit) eſt argumentũ rerũ non apparentiũ, nũc quum hæc uerba, Hoc eſt corpus meũ, fidẽ attingãt, neceſſaria eſt illorꝝ declaratio alio claro & dilucido dicto. Reſpondeo, uerũ eſt, fidem eſſe de rebus abſconditis, & nobis non apparẽtibus, nẽpe quod uidemus ſcimus, neq; neceſſe eſt iam primũ credi. Iuxta tamen hæc uerba fidei clara eſſe poſſunt. Quid inq; magis eſt abſconditũ, quam unum eſſe Deum in eſſentia, & tamen trinũ in perſonis, uerba quidem clara ſunt atq; dilucida, ſed quod per illa ſignificatur,